

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Taciturnitas p  
cum uariis

Solon, cum aliis loquentibus taceret, interrogatus utrum propter inopiam uerborum an quod stultus esset taceret, respondit: Nemo stultus tacere potest. Cur igitur solus linguam cohibes? Quia, inquit, dixisse me aliquando penituit, tacuisse nunquam, iuxta illud: Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.

Valerius Maximus libro VII. de memorabilibus dictis.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

an] aut M; Solon...potest] Quid Xenocratis responsum, quam laudabile? cum maledico sermoni quorundam summo silentio interesset, uno ex his quaerente V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; igitur *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; cohibes] cohibet M, cohiberet V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; iuxta] et V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; memorabilibus] sapientibus V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>